

In 2. casu, nimirum, quando licentia fuit dolo gravi extorta, similiter poterit conjug manens in seculo revocare professum, quod licentiam non praestiterit spontanea, ac proinde iure suo non cederit, nil enim magis contrarium consentium, quam error 1. *Si per errorem, ff. de iurisd. omni. iudic.* Idque probat ex c. Veniens, de conv. conjug. ubi mulieri concederetur revocatio viri, qui dolo licentiam extorserat, nisi fuisset fornicata, ut constat ex finibus illius textus verbis, ubi: *Super revocatione ipsius non est aliquoties audienda: cum ipsius intentio exceptione possit fornicationis elidi. Maxime cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.* Et ita docent Jo. Andr. c. Ex parte, el. 1. eod. l. n. 4. vers. In 4. casu, & ibi Ansh. n. 2. vers. In casu. Card. nu. un. opposit. vers. Sed pro intellectu. Ant. num. 8. Cald. c. 1. eod. tit. & ibi Abb. n. 7. Archid. c. Agatiofa num. 3. & ibi Bellan. nu. 2. 27. qu. 2. Henr. c. Uxor. n. 8. & 10. eod. tit. Brunel. de sponsal. concl. 30. nu. 9. Rosel. Angel. Sylvest. Vincent. Major. Supplem. Gabriel. Greg. Lop. Azor Ferr. de Ledes. Lud. Lop. ubi ceteri num. 1. Taberna Matrimonium 1. q. 3. n. 4. Quare non sunt audiendi gloss. eod. c. Veniens, v. Caprisio: & ibi Hof. n. 5. super v. Caprisio: Anton. num. 6. ubi dicitur ideo mulierem in casu textus audiendam fore, nisi adulterium admisisset, quod non emiserit votum continentiae, nec promiserit religionem ingredi. Quos bene reprobant Abbas eod. c. Veniens, n. 4. dicens ideo audiendam non fore ipsi denegandum, si continuasset: quod sponte non confederit, sed dolo.

10. Sed dubitabit, an ea professio valida fuerit: Quia gl. c. Veniens, v. Caprisio, de conv. conjug. & ibi Abb. n. 1. not. 2. Anchar. n. 2. not. 3. Cardin. paulo post princ. opposit. 1. sustinent licentiam fuisse validam, quod dolo in his spiritualibus non nocet. Sed illi fidem non habeo, argue ita existimo professionem illam fuisse irritam, quod fatetur Innoc. d. c. Veniens, statim in princ. super v. Tonsuratus, & ibi Hostien. n. 1. super eod. verb. Joan. Andr. n. 2. Card. statim in principio. Quia licentia dolo extorta fuit ipso iure nulla, ut bene docent Palac. 4. d. 32. disp. 2. col. 10. vers. At arguerit, fol. 718. Petrus de Ledes. de matrim. q. 64. art. 4. dub. 1. concl. ultim. Quamvis in dolo, qui non contingit circa professionis substantiam, non vitiet ipsam: at id est verum, quando dolo est respectu profecti. Is enim non tollit voluntarium, sicut nec in matrimon. carnali (ut probabo lib. 10. disp. 9. num. 21.) at focus est de licentia concessa dolo per alterum conjugem. Cum enim talis debeat esse, per quam ille cedat iure suo, idque condonatur: & dolo voluntarium aufert circa donationem, quae a spontanea & libera voluntate oriri debet, inde est ut nulla sit. Quamobrem credo nec vim voti simplicis religionis cum professionem habere, sed solius castitatis, quoad abstinentiam a debiti petitione, & ab alio matrimonio, quamvis sit iniretur, validam esse, ut dixi disp. praecedenti, quando nulla licentia interfuit.

11. Quod si conjug cum ea licentia dolo extorta, non revocet in vita alterius, non poterit eo defuncto exire. Quia sublato per mortem obstaculo, firma efficitur ea professio, Ita docent Cald. Joann. Andr. Abb. Anchar. Cardin. Supplem. Gabr. Rosel. Sylvest. alleg. n. 9. Sed id non credo, nisi nova ratificatio cum ceteris requisitis adit, ut nu. 7. dixi, quando professionis licentia est per metum extorta.

12. Denique ea omnia dicenda sunt in hoc eventu, quae a n. 1. usque ad 9. dixi, quando licentia fuit metu extorta. Quia utroque casu est nulla.

13. In 3. casu, nempe, quando conjug in seculo relicus nec consentium, nec dissentium praestitit, sed sciens alterius ingressum, tacuit, & dissimulavit concordant DD. integrum esse manenti in seculo professum revocare, quod licentia delideretur, ut conjug eo ipso privetur. Sola autem dissimulatio non est licentia. Ita Calderinus, Joan. Andr. Abbas, Cardin. Anchar. Henric. Brunellus, Supplem. Gabrielis, Majori, Ang. Sylv. Tabien. Greg. Lopez, Azor. allegati nu. 9. Dominic. c. Seriatum, n. 5. dist. 35. Quamvis Anton. c. Ex parte, el. 1. n. 1. de conv. conjug. sentiat non ad petitionem conjugis, sed ex iudicis officio revocationem faciendam. Et Palud. 4. d. 27. q. 3. 4. 2. n. 15. ait, quando conjug dissimulans non erat de incontinentia suspectus, sed erat talis, qui possit licentiam concedere, ipsi denegandum fore restitutionem. Sed vere DD. allegati de actione conjugis dissimulantis loquuntur: ajunt enim ipsi concedi jus revocandi, sicut quando eo invito est professus. Nec admittenda est distinctio Monaldi summa, ubi de voto, tit. de voto conjug. vers. Item si uxor servit: & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 9. ubi ajunt si conjug dissimulans non sit ius, tam tacturatum reputari consentium: fecus si ius ignoraret. Ac melius Cald. cap. 1. de conv. conjug. & ibi Abbas num. 8. & 9. Sylv. Matrim. 8. q. 12. dist. 4. & alii, quos retuli disp. 33. nu. 14. eam distinctionem scientiae, & ignorantiae juris admittunt in conjug, expressam licentiam concedente: & statim de solo dissimulante absolute docent eam concedi petitionem, perinde ac quando ipso initio licentia concessa est.

14. Doctores autem hi non explicant, an professio fuerit valida necne: at videntur non valere supponere, dum omnes illi, & quos nu. sequenti referam, ajunt conjug non revocant in vita, ratam effici professionem, quali in vita non valuerit. Et expresse id sentit Sylvest. verb. Divortium, q. 16. cap. 3. ubi ait si conjug vivens revocet, & revocatus eo defuncto aliud ineat

matrim. id vulturum, at esse peccatum contra votum castitatis. Idem tenet Angelus Matrimonio 4. num. 16. & Palacios num. seq. allegandus. Et clare videtur tenere Vincentius 2. to. in specul. doctrinal. l. 9. c. 92. ubi ait, taciturnitatem non reputari consentium, sed desiderari licentiam expressam. Et ideo existimo eam professionem nec vim simplicis voti religionis habere, sed solius castitatis. Sicut dixi disp. praeced. quando licentia non intervenit.

Utrum si toto vitae spatio conjug in seculo relicus dissimulavit, cum possit reclamare, rata efficitur professio, quod per illam dissimulationem & silentium usque ad mortem videatur consentisse. Idque aperte videtur probare c. Consuluit, de conv. conjug. ubi habetur virum professum non posse uxore defuncta ad seculum redire, nec alium contrahere matrimonium. Idque contra factum fore irritum. Et ita docent Audores nu. 13. allegati, Jo. Andr. relatus Petro, & Abbas antiquo, eod. cap. Consuluit, nu. 2. & in fin. & ibi Anton. fin. & c. Quidam, eod. tit. ad fin. Card. dist. c. Consuluit, in fin. Henricus c. Placet, num. 4. eod. tit. Rosella, verb. Impedim. impedim. 11. init. Navar. lib. 3. consil. tit. de conv. conjug. in priori edit. consil. 4. nu. 4. in posteriori, consil. 5. nu. 4. Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. 34. vers. Hecitas secundo, fol. 589. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. nu. 10. Lud. Lop. 2. part. instrum. de mar. cap. 54. col. ante penult. Sed existimo professionem ratam non effici licentia morte conjugis, nisi nova ratificatio cum ceteris requisitis accedat, ut dixi num. 7. & nu. 11. quando adfuit licentia dolo aut metu extorta. Quod si femel fuit irrita professio, non video qualiter solo consentio illo tacito conjugis possit valida fieri: cum nec etiam consentium expressum sufficere probarim disp. praeced. num. 16. & ita hanc partem clare sentit gloss. eod. c. Consuluit, v. Transiens, & v. Dirimendum, cum eum textum, quo contrarii innotuerunt, explicet, quando adfuit consensus, vel postea ratificata est professio. Et tenet expresse Angelus Matrimonium 4. n. 16.

Tandem omnia dicta disp. praecedenti, de conjug professio abque licentia, dicenda sunt de hoc. Quia dissimulatio non valet pro licentia, ut probavi.

DISPUTATIO XXXVI.

Utrum conjug, qui professus est abque conjugis licentia, aut cum ea dolo aut metu extorta possit resilire, conjug altero postea adulteranti?

SUMMARIUM.

An conjug hic fornicans possit alterius professionem, posse sic professum revocare, num. 1.
An liceat huic professo, altero non repetente, exire, an potius ius habeat monasterium, aut monasterium volenti, iudex ex officio compellendi. Refertur quaedam sent. 2.
Proponitur sententia Auditoris, 3.
An conjug abque uxoris licentia ad ordines sacros promovetur, si ipsi postea fornicanti resituerit, 4.
Solvuntur argumenta, 5.

TAmquam certum praemitendum est, conjugem abque licentia, vel cum minus legitima alterius professum, nimirum, per dolum aut metum extorta, non posse revocari a conjug postmodum fornicanti: si ipse professus innocens sit, quia per adulterium perdidit omne jus, quod in conjugem habebat. Ita habetur expresse cap. Veniens, de conv. conjug. quando licentia metu fuit extorta, atque redditur ratio, his verbis: *Cum ipsius intentio exceptione possit commisse fornicationis elidi.* Atque ita docent univerti DD. quos nu. seq. referam. Et Satus 4. d. 27. q. 1. a. ad finem, in vers. Casus autem, Barb. a Ledes. dub. 64. de matrimonio post 3. concl. 8. Annotare oportet secundo. Dubitabit autem, an conjug relicus in seculo, cuius adulterium occultum est professio, possit in foro conscientiae ea revocatione uti? Deciso pendet ex ea quaestione, quam lib. 1. disp. 68. discussi, an ipsius fornicans possit innocentem illius fornicationis ignarum cogere stare sponsalibus; & conjug adulter exigere debitum ab innocente ignaro? Et retenta parte affirmanti, quam ibi amplexi sumus, dicendum est posse uti hac revocatione. Quia non tenetur iure suo privare, donec alter consensu illum iure suo ipohet. Et quid, si professio opponenti fornicationem conjug revocare volenti se hic falsis testibus taceatur? dicam in simili, lib. 10. disp. 9. num. 33. Dixi, si professus innocens sit. Quia si fornicatus sit in seculo, vel post ingressum etiam professione facta, nec compenlati jam delictis id adulterium accidit, poterit fieri dicta revocatio. Quoniam cum professio illa irrita fuerit, (ut tota disp. praecedenti probavimus) nec iure suo spoliari conjugem in seculo relicum, cenetur nec integra: ac proinde illa delicta mutua compensatione, abolentur iuxta dicenda lib. 11. disp. per totam. Et quamvis adulterium professo occultum sit, non poterit opponere alteri conjugi repenti adulterium, ut ea disp. 6. num. 9. probabo.

Difficultas autem est, an coniugi professo abque legitima licentia, & innocenti, liceat resilire, quando jam constat alteram in adulterium lapsam esse? Id enim licere videtur, quia quamvis contra adulterium repetentem possit excipere: at sicut nemo compellitur agere, l. 1. C. ut ne iniurius agere: ita nec cogitur excipere.

excipere: poteritque eo beneficio in favorem suum inducto cedere, c. Ad Apostol. de regul. Gloss. c. Veniens, v. Sponte, de conv. conjug. at professio non excipit, posse monasterium eo invito excipere, ac illum religionem detendere: ac consequenter ipsi non integrum esse a monasterio exire. Dicitur quia omne jus reale, & personale Monachi transit in monasterium: Et quia professio illa est omnino non tenetur, obligavit tamen ipsius voverent in ipsiusmet praedictum. Quare cum manens in seculo, per adulterium amiserit jus repetendi, & ita suum praedictum cessavit: statim monasterium comparat plenum jus in professo: atque ideo exceptio competens illi, fuit acquisita monasterio. Et constat quia mater ad eum statum pervenit, & qua poterat efficax habere principium. Qua ratione utitur textus, c. Placet, de conv. conjug. ad probandum conjugem; qui sine alterius licentia professus est, teneri eo mortuo omnino continere. Glossam sequuntur Jo. Andr. eo c. Veniens n. 5. At. n. 7. Abb. n. 5. Innoc. n. un. super v. Continuit. Host. n. 6. Card. num. q. 2. Anch. n. 5. Alesius sum. 2. p. 18. l. 1. a. 2. q. 7. Brunel. de sponsal. concl. 36. declar. 8. n. 12. vers. Quartus casus. Quod si monasterium nec vir excipere velit allegantes contra uxorem adulterium per ipsam admittum, ut a viri professi repetitione excludatur: ajunt Jo. Andr. Ant. Anch. Card. Brunel. n. 13. proxime alleg. integrum esse iudicis officio excipere. Sed statim gloss. eo c. Veniens, eod. v. Sponte, vers. Sed quid si excipit, & Alesius, d. 2. q. 8. Jo. de Frub. sum. consil. l. 1. s. 9. 49. ajunt virum e monasterio exeuntem, & nolentem excipere, posse uxori condonare adulterium iniudicium, ac illam admittere, non obstante monasterii contradictione: quia viri votum ex toto non tenuit, quam glossam argunt contradictionis, Ant. ibi n. 6. Abb. n. 6. Card. q. 3. & ut ab hac contradictione illam defendant, exponunt eam Ant. & Card. ut intelligatur, si conjug exire velit ante professionem, Sed hoc defenso merito impugnatur ibi ab Abb. nu. 6. nam quaestio esset inutilis, & frivolosa, cum in quovis evento manifestum sit licere exitum ante professionem: unde non est cur glossa sonderet, ut si exiit licet, uxorem fuisse deceptam, & votum viri ex toto non tenuisse. Nam tempore novitatus non est votum, & semper exitus licet.

His tamen non obstantibus, existimo merito glossam recantantem paludiarum, & sequaces censuisse, licere exitum illi professo, non obstante fidei monasterii contradictione, ac posse condonata adulterii injuria uxorem sibi reconciliare: nisi (ut bene ajunt gl. Alesius, Jo. de Frub. n. praec. ad fin. alleg.) ante professionem fuisse uxorem fornicata: tunc enim valuit professio, tanquam in nullis praedictum delicta: intelligit cum Alesius, q. 6. & Jo. de Frub. ibi ipse vixit caste ante legitimam professionem: alias compenlatentur delicta. Ratio hujus sent. est, quod professio illa abque uxoris licentia facta, aut cum illa dolo aut metu extorta, fuerit nulla: nec vim aliquam obliganti quod votum religionis haberet: unde donec concurrentibus requisitis, ea ratificetur, liber manet conjug a iugo religionis, ut possit libere exire, ut hac late probavimus duplici disp. praec. Idque amplius probatur ex eo c. Veniens, ubi de viro cum licentia metu extorta professo, cuius uxor postea fornicata est, sic dicitur: *Mandamus quatenus si in eis, praedictum Laurentium in monasterio, quod introvit, & libere: non ergo cogendus est permanere: & paulo inferius habito sermone de conjug manenti in seculo fornicante, solum denegatur ipsi actio ad repetendum prius: propter fornicationem ab ipsa admittam. Id tamen prioribus Auctoribus, quos n. praec. retuli, concedendum erit, nimirum posse sententia lata cogere hunc professum stare sua professione, in poenam deceptionis, ut diximus disp. 34. nu. 16. at autem sententiam non tenetur ad eam poenam.*

Si autem conjug innocens ad ordines sacros abque uxoris licentia promovetur, & postmodum ipsa fornicetur, non est illi restitendum. Quia cum jus amiserit uxor ob adulterium, non est illi viro concedendus recursus ad uxorem: eo quod ordo valetur. Sic Arch. c. Si conjug 34. d. n. un. vers. In eod. gl. ibi, *Injuria faciat, Dominic. ibi, fin. Greg. Lop. lib. 8. v. Essimism, tit. 2. part. 4. Hugo de Cello in reposit. legum regni, v. Clerigo, s. 10.* Ad argum. n. 2. proposita constat ex dictis, num. 3. Cum enim professio non valetur, nullum jus Monachi illius transit in monasterium. Nec obstat confirmatio ibi adducta ex c. Placet. Quia ille textus ponderat votum castitatis valuisse, in quantum potuit compellere asfringere: & quia solum matrimonio cessat obligatio debiti reddendi: jam ex tunc incipit perficere obligare. At votum religionis a principio fuit irritum, ut probavi disp. 34. num. 10.

DISPUTATIO XXXVII.

Utrum conjug abque conjugis licentia professus, ac ejus mortis concias perstentem in professione, ignarus illius nullitatis, aut nolens ratificare: esto non verus professus sit, possit transacto quinquennio reclamare, aut occulte religionem deserere?

SUMMARIUM.

Quae conditiones petantur in Trid. sess. 25. de regul. c. 19. ut liceat contra professionem tacitam aut expressam reclamare, n. 1.

A quo die numeretur quinquennium in professione tacita, & expressa: & an dies illi termini computentur in termino: & an Tridentinum ipsiusmodi professiones tacitas, 2.
An professo dimittens habitum ex iustacausa liceat intra quinquennium reclamare? 3.
Quid, si iniuste dimisit, ac postmodum resumpsit? 4.
Quae quaestiones disputanda sint, 5.
An Tridentinum dist. cap. 19. statuent quinquennium ad reclamandum, sunderit in professione, nec in conscientia procedat? Proponuntur suadentia procedere in foro conscientiae, 6.
Quotuplex sit presumpcio, 7.
Quando dicatur juris, & de iure? 8.
Decretum Tridentinum fundatur in presumpcione ratificationis professionis, nec habet locum in conscientia, ubi ratificata non est, 9.

An ante quinquennium presumatur ratificatio professionis: & cum aduim professorum exercitio presumatur professio tacita, ubi nulla expressa cessit, secus hanc praecedens? 10.
An liceat huic quocumque tempore, dum priorem professionem non ratam habuit, fugere, 11.
An professus hic dubitans, num intra quinquennium haberet annum ratificandi, teneatur stare quinquennio sine presumpcio, 12.
An superior posse transacto quinquennio sciens hunc non ratificasse professionem, occulte illum dimittere? & an possit iudex occulte dimittere, quem innocens novit, probatum rem, 13.
An sit credendum in foro conscientiae huic dicenti se fuisse professum, aut eo quinquennio non ratificasse, 14.
An saltem ex officio iudicis possit hic transacto eo quinquennio audiri in foro externo, 15.
Hec presumpcio Tridentini est juris, & de iure, 16.
Solvuntur argumenta, num. 17. & ibi, an salarium triennio contra famulos prescriptum debeat in conscientia.
Post num. 17. invenies alia summaria.

Disputatio hac petit intelligentiam decreti Trid. sess. 25. 1. de regul. cap. 19. ibi: *Quocumque regulari prescribitur se per vim, & metu ingressum religionem, aut etiam dicat ante etatem debitam professum fuisse, aut quid simile: velique habitum dimittere quocumque de causa: aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum, non audietur, nisi intra quinquennium tantum a die professionis; & tunc non aliter, nisi causas, quas praevenerit, deduxerit coram superiore suo & Ordinario. Quod si ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quancumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur; interim vero nullo privilegio sua religiois iuvetur. Quod decretum utilissimum est, & passim necessarium pro irritis professionibus: & ideo libet aliquantum circa illius intelligentiam immorari: & praemissis quibusdam certioribus circa hoc decretum, aliquas quaestiones discutiam necessario praemittendas ad decisionem praesentis disputationis, quae ultimo loco agitabitur. Tres ergo conditiones petuntur in eo decreto, ut Monacho reclamare contra professionem liceat. I. ne ante reclamationem habitum deponat. II. ut causas, quas praetendit, coram superiore & ordinario deducat. III. ut id sit intra quinquennium a die professionis numerandum. Et subjungitur in eo dimittentem sponte habitum, nullatenus admittendum esse ad quancumque causam allegandam, sed ad religionem redire compulsum apostatae poenis subijci. Et id decretum procedit in professione quancumque, sive expressa sive tacita. Quia Tridentinum in universum de professione loquitur. Ita docent Navar. comment. 4. de regul. nu. 73. Azor lib. 12. instrum. moral. c. 4. q. ult.*

Dies autem haec a qua numerandum est quinquennium, 2. incipit in professione expressa, a die ipsa professionis; & in tacita vero, a die qua professio tacita inducitur attento iure antiquo: nempe, a die, in qua Monachus est tacite professus per annum delationem habitum novitatis & professus communis, & solum occulte est professus: iuxta clem. final. de regul. Nec enim ea professio tacita est correctae per Tridentinum testibus Navar. lib. 3. consil. tit. de regular. in 1. edit. consil. 35. nu. 5. in 2. vero, consil. 18. nu. 5. Azor lib. 12. instrum. moral. c. 4. q. 6. sine, & Manuel 2. tom. sum. 2. edit. cap. 8. num. 1. & ita incipere illam diem testantur Nav. comment. 4. de regul. nu. 76. Azor eodem cap. 4. q. 10. Et similiter a die, qua transacto novitatus anno inducitur professio tacita per delationem habitus professorum, & exercitium actum, qui ipsis proprii sunt: iuxta cap. Vidua, de regul. Sic Navar. dist. communi. 4. de regularibus, n. 76. Est enim generaliter verum professionem tacitam non tolli per Tridentinum, dummodo transacto novitatus anno inducatur, ut bene docent Palacios 4. dist. 38. disp. 1. col. 32. vers. Porro autem. Sorbus in compendio privileg. mendicantium: verb. Novitatus, post 3. nobile, s. Prima aliquid operetur. An vero dies illa professionis computetur in termino quinquennii? consilio omitto: quia vix in praxi accidit hujus difficultatis necessitas. Quod rarissimum sit eo temporis puncto quinquennium illud expleri, ut ex illa die, qua professio emissa est, pendat, an quinquennium exacte impletum sit, necne. Et ideo pro difficultate illa enucleanda, ex qua decisio pendet, nimirum, an dies termini

Ad arg. nu 6. proposita resp. Ad i. die id procedere, ubi præscriptio non fundatur in presumptione, & ubi non est sola actiois præscriptio: nam ubi hæc sola est, non tribuit jus in foro conscientie constanti veritate, ut contingit in matrimonii præscriptio ex copula, & contingit etiam in stipendio famulis debito. Quod juxta l. 9. §. 1. lib. 4. novæ recop. regie præscribitur triennio, ita ut transacto non superet famulus actio ad petendum. At qua est præscriptio solius actiois, nunquam in foro conscientie amittit jus famulus, ut multis citatis docet Gutier. l. Nemo potest n. 477. ff. de leg. 1. Ad contr. die facti propici bono religioni, & occurri libus, clauso aditu ad reclamandum, ad 2. & confirm. conitat ex dictis n. 7. 8. 9. & præced.

SUMMARIUM.

an quinquennium præscriptum in Tridentino ad reclamandum contra professionem, procedat a die scientia. Proprietarid ubi probantia, n. 18.

Propositio sententia Auditoris. Et tempus statutum non in datum, & penam aliquid, currit etiam ignorant, & impedito impedimento juris non currit præscriptio, secus ubi est facti, 19. Respondetur ad argumenta contraria, 20. Post q. 29. inveniunt alia summaria.

Questio II. An quinquennium delinatum in Trid. sess. 25. de reg. c. 19. ad reclamandum, contra professionem irritam, incipiat ab ipsa professione, contra professionem irritam potius a die scientie nullitatis die, an adeo sit continuum: an videtur a die scientie. Quia impedito agere non currit præscriptio. In inf. c. de annali exceptione, ibi: Quis enim incusat eos poterit, ff. hoc non fecerit, quod est si moluerit, minime adimplere lege volente valeant? At nullum est maius impedimentum quam ignorantia. Ignorans enim experiendi potestate non habet, l. Annus, ff. de calum. Et confirmatur, quippe alius ignorans privatur iure suo sine culpa, & sine causa. Cum negligentia aut culpa ignorantis imputari nequeat, l. Argenti, ff. commodati. Secundo, quia quadriennium ad petendam in integrum restitutionem non currit ignoranti, sed est utile ab initio, licet petita non fuerit restitutio centum annis durante ignorantia, ut multis citatis probant Covar. regul. Possessor. 3. p. 2. §. 2. num. 3. Matuzo lib. 5. recep. t. 1. l. 8. gloff. 12. n. 9. Zavallos in suis q. prædicti q. 48. n. 4. Ergo quamvis actio reclamandi contra professionem præscribitur quinquennio, id tempus non currit adversus ignorantem.

At tenendum est id tempus esse continuum, atque adeo a die ipsa professione currit, non obstanti ignorantia, aut alio impedimento facti. Datur, quia & si tempus præscriptum in negligentiam odium non currit ignorantis vel impedito, at secus est, quando non in odium negligentis, sed in alterius favorem præscribitur, ut optime docent gl. cap. Statutum, verb. numerandum, de præbendis, in c. ubi Archid. n. 4. vers. Vocaberint. Joan. Monachus n. 2. Dominic. nu. 9. super verb. Numerandum. Francus n. 3. notabil. 2. Abbas a. Quia diversificatione, num. 3. de concess. præb. Et respicit. cap. Cum esse, de restam. in fin. Rosellani sua sum. vero. Beneficium I. initio. Silesiter verbo Beneficium 2. q. 6. n. 7. Typaque de retrat. lignis. §. 35. gl. 4. v. 26. Barbatus c. 3. n. 33. de restam. in c. ubi Covar. nu. 4. Gutier. lib. 2. præd. q. 91. n. 4. Et lib. 3. q. 22. ff. At quinquennium hoc non videtur statutum in odium negligentis profecti, sed propter commune tranquillitatis religionis bonum. Atque ita nec verum habetur in Trid. ubi mentio facti negligentis profecti. Sicut. Quia diversificatione, de concess. præb. docentis textus tempus suspensionis non esse computandum in semetipso ibi præscripto, reddidit rationem: quod ex constituto contra solos negligentis edita fuerit, & c. l. de in integ. restit. in 6. volens textus punire negligentiam non petentis restitutionem quadriennio, eam explicuit, ibi: Et negligenter omiserit. Quare Abb. c. 1. in ff. de præscript. dicens id tempus non currit ignorantis, ponderat prædicta verba. 2. Quia præscriptio non est positissima ratio, punire negligentiam eius contra quem præscribitur. Quia & ut supra, & præscriptio adversus ignorantem, atque in re propria procuranda diligentissimum, procedunt, ac vires obtinent, l. c. de long. temp. præscript. reg. l. 18. l. 29. p. 3. sed ut lites et republica extirmentur: ut hæc omnia docet Covar. regul. Possessor. 3. p. 2. §. 2. n. 3. & melius Balbus de præscript. 4. p. 1. n. 4. Et lib. 3. q. 22. ff. At quinquennium hoc non videtur statutum contra ignorantem, live ignorantia juris live facti, live in rebus corporalibus, live in actibus personarum: eamque reddidit rationem, quod ignorantia minime impedit præscriptiois cursum, quod ignorantia minime impedit causam præbeat. Et confir. quia licet præscriptio, & tempus non currit contra habentem impedimentum juris denegantis jus ad agendum: ut est textus expressus l. n. f. c. De annali except. at secus est, ut est textus expressus l. n. f. c. De annali except. at secus est, ubi solius facti impedimentum adest, tunc enim hæc currit, cum beneficio tamen restitutionis, ut tradit Bart. l. Senatus consulto, n. 2. ff. de offic. præf. Et l. 1. §. qui autem n. 1. ff. de itin. actuque priv. Et l. In rebus, §. 3. Cod. de iure dotum, Et l. §. Don. n. 2. c. de iure delib. Et ibi Jacobus de S. Georgio n. 3. Baldus l. 1. n. 22. C. qui admitti, Et ibi Decius in l. lictur. n. 27. Et 19. n. 67. Et seq. Abb. c. Extrajudicia, n. 13. de præscript. Et ibi Erlin. n. 8. Parisius, n. 14. Paulus l. 2. §. Si quis in iudicio, n. 4. ff. si quis caut. Jalon §. Rursus, n. 24. Joff. de ass. Francus c. Statutum, n. 4. de pr. in 6. Boerius de c. 10. n.

3. Nav. lib. 2. conc. in utraque edit. tit. De his que vi, conf. 6. n. 9. Pinellus aut Nihil tricenale n. 22. C. de bonis mater. & alius citatis. Matuzo l. 5. recep. tit. 1. 8. gl. 9. n. 2. ubi bene explicat impedimentum juris esse quando jus denegat alicui posse in iudicio comparare ad agendum, ut denegatur filiofamilias in adventu, & minori 23. annis, & mulieri in rebus dotalibus, l. c. in quibus casus in integ. restit. non sit necesse, Et l. 1. cum aut. Nihil tricenale, Cod. de bonis mater. l. 1. §. Ne autem C. de annali except. Et l. Quæcumque in ff. C. de bonis que libris, Et l. In rebus, Omnis C. de iure datum, Et l. Regia §. 29. p. 3. ubi Greg. Lop. verb. El non est filio, id limitat præterquam in casibus, in quibus illi jus agendi conceditur: tunc enim currit præscriptio contra illos, eo quod cesset impedimentum juris. Cum ergo ignorantia sit impedimentum facti: & contra professionem irritam iure concedatur cuicumque reclamandi actio, currit tempus illud quinquenni contra quemcumque ignorantem, & impedimentum, 3. Quia non obviatur libus, nec tranquillitas religionis obmeretur, quod fuit intentum illius decreti Tridentini, si locus esset allegationi ignorantia, contra illius quinquenni lapsum. Tandem, quia Tridentinum dixit in eo decreto: Nisi intra quinquennium tantum a die professionis numerandum: Ubi ponderanda est dictio: Tantum, quæ exclusiva est, & affirmat id, quod ponit, negans omnes alios casus præter expressos, l. Ob es, C. de præditi minorum, Et l. Contrarius, ff. de reg. juris. Cum Eccl. Surina de causapossess. Deinde ponderandum est, particulam, tantum, non fuisse necessariam, sed ea non addita, & solum dicendo, a die professionis numerandum: clare explicabat Tridentinum diem, a qua quinquennium illud numerandum erat. Quare particula, Tantum, est quasi repetitio, & major declaratio eisdem diei. At repetitio dictionis in eadem dispositione significat id esse cum mysterio factum, juxta glielem. 1. verb. Diversionis, de iure patron. quam memorabilem vocat Nav. lib. 5. conf. in l. edit. tit. de sententia excomm. conf. 16. n. 3. & alius citatis, tradit Decius conf. 64. n. 5. immediate ante vers. Prædictis tam. vol. 1. Ergo quinquennium illud continuum est a die ipsa professione, propterque contra ignorantem, & impeditum. Et ita in propriis terminis docens hoc tempus currere contra impeditum quocumque impedimento facti, licet is possit audiri per viam restitutionis (de quo dicemus n. 21.) affirmit Nav. lib. 1. in conf. in utraque editio. De his que vi conf. n. 2. Et comment. 4. de reg. n. 71. vers. Tertio.

Ad arg. n. 18. proposita respondetur. Ad i. dic, cum tex 29. num. clare loqui de iure impedimento, ut declaravi, num. præc. Ad confirm. die, id accidere ignorantis sine culpa, sed non sine causa. Expedit enim bono communi, ut lites extirmentur. Ad 2. dic, expresse in textu illud quadriennium statuitur, peti negligentiam ad illius temporis cursum, ut num. præcedenti declaravi.

SUMMARIUM.

An transacto quinquennio possit hic professus audiri remedio restitutionis in integrum? Refertur sententia negans, n. 21. Et ubi, facilius tollitur remedium extraordinarium privilegio indultum, quam iuris communis.

Minor non restituitur, nisi ubi est lesus, nec restituitur contra professionem, aut in matrimonium, aut in spiritualibus, sed in illis reputatur maior, n. 21. juncto n. 22. Potest audiri remedio restitutionis in integrum, transacto eo quinquennio, live minor, live maior. Et explicatur qualiter remedium hoc per nulla verba generalia censetur exclusum, non juxta specificam illius mentionem, 22. An hæc restitutio concedatur maioribus, vel minoribus scientibus intra quinquennium iurisdictionis professionis, Et potenti- bus reclamare, 23.

Quid, si intra id quinquennium tacite ratificata est professio, 24. Quid, si ignorantia fuit juris aut facti, etiam, si supina, 25. An concedatur hæc restitutio quantumcumque tempore duraverit ignorantia, Et impedimentum reclamandi, Et concedatur aliud quadriennium ad hanc restitutionem, 26. An hæc ignorantia probetur juramento ipsius professi, 27. An in foro conscientie possit maior petere hanc restitutionem, si intra quinquennium habuit scientiam, Et cessavit impedimentum: postquam jurare propriam ignorantiam, si non habuit animum ratificandi, 28. Satisque argumentis, 29. Post n. 30. inveniunt alia summaria.

Questio III. An transacto eo quinquennio, possit ignorans vel impeditus, exclusus a remedio ordinario, audiri remedio extraordinario beneficio restitutionis in integrum? Pars enim negans suaderi videtur. Primo, quia præscriptio Tridentini est iuris & de iure (ut n. 16. diximus), quæ nullam contrariam probationem admittit. Quod adeo verum est, ut ex sola huiusmodi præsumptione possit quipiam condemnari, denegata sibi appellatio: quod habebatur tantquam convictus, & confessus, ut optime cum Baldo, & aliis per ipsum relatius docet Malcar. de Probat. conclus. 1228. n. 7. Et conclus. seq. n. 5. 6. 7. Non igitur concedetur restitutio in integrum, jam enim admittetur probatio ignorantie & impedimenti, contra quem est præscriptio juris, & de iure: alias non posset præsumi ratificatio professionis. Et confirmat.

firmatur ex c. Ad id, de spons. ubi inducitur præscriptio juris, & de iure ratificationis matrimonii metu initii, ex diutina cohabitatione: & subditur ibi: Nec de cetero recipiendi sunt testes si quos memorata sicut, ad probandum quod non consenserit in eadem, nominaverit producendos, cum mora tantum temporis huiusmodi probationem excludat. Et adhuc confirmatur, quia si minor ante Tridentinum contra dicit sponalibus accederet ad sponsum, non restitueretur adversus illam matr. præsumptionem, quæ juris & de iure est, c. 1. qui fidem de spons. Et amplius confirmatur ex l. Præses, ff. de minoribus, ubi habetur tantum tribui minori ex restitutionis beneficio, quantum si maior esset, ex appellatione. At appellatio in hoc eventu non conceditur, Ergo nec restitutio. Secundo, quia Tridentinus denegat audientiam, ac proinde ingressum lites. Ignorantia autem, & impedimentum non possunt in iudicium deduci, nisi ea allegans audiatur lite intentata, unde gl. c. 1. d. 23. v. Audientia, cum ibi denegetur audientia, ait videtur non posse peti restitutionem, quod ex denegatur audientia. Et ibi Propos. in ff. inde inferit, denegata per jus vel statum alicui audientia, cum non posse ageretur in iudicio favorabilibus: quale est possessiois recuperande. Et confirmatur, quia Bald. l. 2. in ff. Si pendente appellatione, ait stante litato ne bannitus audiatur, ergo audiendum non esse, si petat restitutionem in integrum. Tertio, quia cum l. 3. in l. lib. 4. novæ recop. regie, deciditur contumaces transacto anno audiendos non esse circa penas pecuniarias, quibus damnati sunt, defendunt A vendito resp. 15. n. 7. correct. 7. Et Villalobos in antiquia juris, lit. A. verb. Absens n. 7. minori non competere restitutionem. Quarto, quia concessa restitutione post quinquennium, idem auctus litibus ac religionis perturbatio pateret, quæ Tridentinum audientiam denegans vitare voluit: atque proinde quod una via denegatur, altera concederetur: contra reg. Cum quid una via §. 4. de reg. jur. in 6. Quinto quia restitutio lesionem supponit, l. Nam in postea §. Minor. ff. de iurjur. l. Minor. C. de integ. restit. p. l. q. 4. 100. a. At profectus nullo modo leditur, cum in melius conditionem ac statum maritatus l. Deo nobis, C. de Episc. Et Cler. qua ratione ducti fere omnes Auctores citandi docent minorem restituendum non esse circa religionis professionem. Sic gl. c. Cum dilectus, ff. de his, que vi. c. Ex parte, verb. Quamvis, de restit. spoliat. Et c. Illud, verb. Videtur, in ff. 20. q. 1. c. 1. v. b. In minoribus 27. q. 1. Et l. Ait prætor, 7. verb. Quid aliud, ff. de minor. Cynus aut. Ingressi, n. 7. C. de sacrosancti. Eccl. Et ibi Bartolus in repet. n. 18. Et Koffel. ad Aretio. n. 1. Baldus rubr. de iudiciis in l. lictura, n. 7. Archid. c. final. in ff. 20. q. 3. Et ibi Bellan. n. 3. Specul. tit. de restit. in integrum, §. Qualiter, n. 6. vers. Sed nunquam minor. Abrev. l. Ex causa, n. 10. ff. de minor. Joan. Andr. c. Cum virum, n. 6. de regul. Et ibi Host. paulo post princ. Ant. n. 11. Archid. Card. n. 3. q. 2. Abbas d. c. Ex parte, n. 16. Et d. c. Cum dilectus, in ff. de l. d. c. Ex parte, n. 10. Et c. In presentia, n. 10. de probat. ubi Decius in nova edit. n. 26. Soc. jun. cons. d. n. 13. vol. 3. Eberard. in suis topicis, loco a profr. spirit. n. 2. Covar. l. var. c. 5. n. 1. ff. Greg. Lopez l. 5. verb. Magistrado, t. 19. p. 6. Maurin. tradituta de restit. in integ. c. 246. n. un. Sforza Oddus eodem tr. 2. p. 6. n. 4. n. 23. Caldas l. Si curatore, verb. Contrarius, n. 28. C. de in integ. restit. Flaminius de restit. benef. l. 3. q. 7. n. 17. Non ergo poterit minor, nedum maior, petere restitutionem contra lapsum quinquennium, quod præscriptum valida effecta prior professione irrita. Et confir. quia minor quoad professionem religionis, & cetera spiritualia censetur maior, c. Si annus, de iudic. in 6. & ideo hoc fane rationem tradunt non restitui, gl. c. Illud, verb. Videtur, in ff. 20. q. 1. Et c. Ex parte, verb. Quamvis de restit. spol. Et l. Ait prætor, verb. Quid aliud, ff. de minor. Bart. repet. aut. Ingressi, n. 18. C. de sacrosancti. Eccl. Et confir. amplius, quia ideo in causa matrimoniali non restituitur minor contra probationes omittas post processum publicationem, quod ageretur de matrim. irritando, contra quod, sicut nec contra professionem, competit illi restitutio, ut cum Lupo alleg. 53. docet Terretius conf. 139. per tot. Sexto, quia facilius tollitur remedium iure speciale competens, quale est restitutionis in integrum, quam indudum de iure communi: ut est via ordinaria audiri, ut constat ex l. Eius militis, §. l. ff. de milit. test. & docet Tirac. de retrat. lignis. §. 35. gl. 4. n. 42. & late Lud. Gon. reg. de non tollendo iure questio. 46. Silius tamquam non obstantibus. Et ratio est, quia quæ iure speciali inducuntur, sunt magis odiosa, quam quæ sunt de iure communi, l. Jus fungarum, §. n. l. Quod vero contra, ff. de legibus: & illa fragiliora sunt, hæc autem altiores agunt radices. Unde gl. c. Super gratia, verb. Principalis, de officio deleg. ait facilius tollit viam extraordinariam, quam ordinariam iuris communitis. Tandem, quia in parca causa meliore est conditio possidentis in materia restitutionis in integrum, inter duos minores, l. Si minor, 35. ff. de minor. ac religio iure minoris sanctitur, c. 1. de in integ. restit. & est in possessione. Ergo contra illam non datur in integ. restit. Et ita hæc partem nullo profectus fundamentum adducto, tenet Zavallos in suis q. præd. q. 500. in ff. ubi ait minorem non restitui adversus huius quinquenni lapsum: & ita praxis recipit, & ita defendit Flaminius de restit. benef. lib. 3. q. 5. n. 45. dicens sic declaratis Cardinalibus.

22. His tamen non obstantibus, verius est competere restitutionem in integrum adversus quinquenni lapsum, ratione iustæ ignorantie, aut impedimenti ad reclamandum, & hoc non solum minori, ratione fragilis ætatis, sed etiam majori, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua l. 1. ff. Ex quibus causis maiores. Probi. quia licet contra præsumptionem iuris, & de iure nulla admittatur probatio in iudicio ordinario: datur restitutio in integrum, & probatio in eo iudicio extraordinario: ut docent Alex. l. Si inter stipulantem, §. 1. n. 3. ff. de verb. oblig. Et l. Si infanti, n. 9. Cod. de iure delib. Ruin. conf. 68. n. 20. vol. 1. Coc. jun. conf. 104. n. 18. vol. 3. Alciat. de præsumpt. in præludis, 2. p. n. 18. Mascus. de probat. in princ. q. 10. n. 67. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 60. n. 1. Et 2. idque constat ex l. Si mater, in princ. ff. de except. rei jud. ubi adversus sententiam quæ transit in rem iudicatam, succurritur ex causa, ubi gl. verb. Sed ex causa, ait per restitutionem in integrum. Et id admittunt omnes, ut testatur Sforza Oddus de restit. in integ. par. 2. qu. 72. toto art. 1. Imo toto a. 4. probat adversus tres sententias conformes concedi idem restitutionis beneficium: quod alius citatis dicemus l. 10. disp. 9. n. 7. Cum tamen constat pro tali sententia esse præsumptionem juris & de iure, adeo ut non admittatur probatio in contrarium, l. Sub specie, C. de sent. Et de iud. & ne quipiam exilime restitutionem hanc contra eam præsumptionem solis minoribus competere: eam quoque concedi ex clausula generali, ob quam majores restituantur, affirmat Alex. utraque loco, Ruin. Soc. Alciat. Menoch. proxime allegati. Quamobrem licet contra præsumptionem juris, & de iure non admittatur probatio, admittitur tamen quando quis probare intendit iustam causam ad effectum, ut restituatur in integrum ex clausula generali, ut bene tradunt Ruin. co. n. 20. Alex. l. Inter stipulantem, §. 1. n. 3. ff. de verb. oblig. Ergo quamvis Tridentinum induxerit præsumptionem juris, & de iure ratificationis professionis pro lapsu quinquenni, non obstat quin ex causa iustæ ignorantie, aut impedimenti, aut fragilis ætatis, concedatur restitutio maioribus, & minoribus. 2. Quia dicentes l. Regia, 3. l. 10. lib. 4. recop. contumaces non esse transacto anno audiendos circa penas pecuniarias defendunt Olanus in concord. iuris, lit. A. n. 12. Et 147. ibi Jo. Garcia de nobilit. gl. 6. §. 1. n. 24. Gutier. lib. 3. q. præd. q. 34. n. 7. Azbedo l. 3. l. 10. lib. 4. recop. n. 6. Et seq. minores contumaces restitendos esse. Nec contrari DD. n. præc. allegati, innituntur verbis legis denegantis audientiam, sed quod dolus ille præsumptus, & delictum minoris in faciendo consistat, adversus quæ non restituitur. Non ergo obstat decretum Tridentini denegare audientiam post quinquenni lapsum, quo minus restitutio concedatur. 3. Quia Pontifici intruso denegatur audientia, c. 1. d. 23. ibi: Nec aliqua super hoc ei audientia reservetur. Et tamen gl. ibi, verb. Audientia, opponens videri ex his verbis denegatam restitutionem: non in ea sententia residet, sed dicit omnem spoliatum restituendum, nisi in casibus iure exceptis, & Archid. ibi ad fin. vers. In glo. Hic habet, Et Bellamer. n. 14. in eo vers. Et præd. n. 33. dicunt audiendum non esse, quia non est superior, coram quo petatur restitutio, secus in alio, qui superior haberet. Ergo verbum Tridentini: Non audiat, minime tollit restitutionis beneficium. Et confir. quia cap. Cram, de in integ. restit. denegatur audientia Ecclesie post restitutio in integrum, cum tamen expresse concedatur restitutio in integrum: ibi: Per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgentiam. Ubi gl. verb. Duximus, Am. in ff. Abbas n. 3. notabil. ubi. Card. m. l. op. post. 8. Imol. 6. vers. ing. ff. notant limitationem ad reg. Cum quis una via, de regul. juris, in 6. ut intelligatur de iure communi, ita ut quod una via illo iure prohibetur, non debeat alia via eodem iure concedi, secus de iure speciali per beneficium restitutionis. 4. Quia Trid. sed. cap. 19. diversimode loquitur de petenti audientiam post quinquennium, & de eo, qui intra quinquennium dimisso habitu reclamat. In priori enim casu, solum dicit, non audiat. In posteriori autem, urgentioribus verbis utitur, ibi: Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quantumcumque causam admittatur. Ergo lignum est in priori casu nullius profectum illum omni remedio destitui, sed solo ordinario, permisso tamen illi extraordinario restitutionis: in posteriori autem, utrumque remedium denegari. Quia illi superest medium ut sibi consistat, nimirum, habitum resumere: tunc enim debet audiri (ut n. 4. probavimus) §. Quia cum generale fit adversus præscriptionem decem vel viginti annorum dari etiam maioribus restitutionem in integrum, ex causa iustæ ac probabilis ignorantie, id extendunt multi, quos refert Tirac. de retrat. lignis. §. 35. gl. 4. n. 37. Et Zavallos in suis q. præd. d. 48. n. 1. Et 2. quos sequuntur Beccius conf. 12. n. 53. Et seq. vol. 1. Sforza Oddus de restit. in integ. l. p. q. 15. a. 5. n. 43. & latius 2. p. q. 90. art. 6. per tot. Matuzo lib. 5. recep. tit. 1. 8. gl. 12. n. 5. Et seq. ad præscriptioem quadragenariam, non obstantibus verbis urgentissimis l. fin. Cod. de fundis patrum. lib. 11. ubi textus de habente eam præscriptionem sic ait: Nullam penitus actionem, vel molestiam, aut quantilibet inquietudinem formidare, & paulo inferius, ita ut in omnibus, ad excludendam omnem quolibet modo ex publico movendam questionem, nuda ex quoqueque titulo, vel etiam sine tit. XL. annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere, & l. Omnes 4. C. de præscr. triginta vel quadrag. ann. ibi: Sit liber, Et præsentis saluberrime legis plenissima munitione securus. Ergo a fortiori, cum Tridentino sit simplex verbum, non audiat, non excluditur hoc restitutionis beneficium. 6. Quia ex verbis quantumvis generalibus non excluditur remedium hoc extraordinarium restitutionis, ut constat ex textu leg. Postquam l. 4. de passis, ibi: Causam finiam insulariari posse nulla ratio permittit. Ubi gl. verb. Nulla, ait communi iure,

jure, fecus specialiter: unde colligitur multi DD graves, nunquam ceteri ex alio remedii restitutionis in integrum, denegata quacumque actione, nec per verba universalis negantia quodcumque remedium, siue sint legis siue statuti. nisi fiat specialis mentio restitutionis in integrum. Quod alii citatis docent Molin. lib. 3. de primog. c. 13. n. 65. Perez l. 1. r. 8. lib. 3. Ordin. Sfortias Oddus in suo tr. de restit. in integr. l. p. q. 15. a. 6. n. 44. & 45. Beccius conf. 12. n. 69. & seq. vol. 1. Pelaez de maioratu l. p. q. 1. n. 25. & seq. Mattien. lib. 5. recop. tit. 11. l. 8. g. 12. n. 6. & 7. Caldas l. 5. curatorem, verb. Implorare in integr. restit. n. 45. C. de in integr. restit. Gutier. lib. 2. praed. q. 88. n. 3. & melius lib. 3. q. 32. n. 15. & q. 34. n. 9. Azobedo lib. 4. recop. l. 17. l. 4. n. 3. Imo Sfortias Oddus eo. a. 6. n. 44. usque ad 48. alii relatis, & dicens esse commune placitum, ait non tolli hoc remedium, licet prohibitum sit appellari, reclamari, recurri, supplicari, vel alio modo contraveniri, & sic multis enumeratis juris remediis, illisque specialiter prohibitis, additum quoque sit generaliter omne aliud juris remedium interdicti. Et ratio est, quod beneficium hoc restitutionis in integrum, speciale sit a jure communi concessum, & valde favorabile: ac proinde verbis generalibus legis non censetur exclusum: unde ait mentem statuentis esse, per clausulam illam generalem tollere omnia remedia competentia jure communi: & verba illa de omni alio remedio, intelligi de simili specificatis. Et nu. 50. usque ad 53. concludit, cum alius non censeri ablatum hoc remedium, etiam additum sit, neque quenquam alio preterea posse contraveniri: & quamvis exclusum sit generaliter omne auxilium: & inter remedia specialiter prohibita, interdiceretur aliquid jure speciali competentis, addita clausula generali prohibentis omnia alia remedia. Quia non in ea sola ratione fundatur hoc, dispositionem generalem non extendi ad specialiter concessa: sed etiam ad alia, quod restituitur in integrum, ut maximum sui favore non crederet interdicta, nisi specialiter de ea mentio fiat. Et tandem nu. 54. dubitat, quando omnia alia juris remedia essent expressa, & solum hoc superesset: & addita esset clausula generalis. Quia propter frequentiam, & cognitionem hujus remedii, quod omnibus statuentibus innovaret, potest premissi non specialiter enumeratum: quia non licet legislator illud tollere. Igitur per illa generalia Trid. verba, Non audiat, non videtur ablatum restituitur. Et confirmatur, quia Beccius conf. 12. a. n. 70. usque ad 72. vol. 1. defendit per verba generalia, ne molestari vel perturbari quis valeat, directe vel indirecte, non censeri negatum restitutionis beneficium: nec per statutum tollens exceptionem juris, vel facti, beneficium appellationis, supplicationis, querelae, nullitatis juris, seu petendae reductionis ad boni viri arbitrium, vel aliquid alterius modi, per quem pronuntiatum possit infringi. 7. Quia quamvis nec minor restituitur adversus matrem, aut professionem: ac vero id non provenit eo, quod minor non deat deceptus. Quare eam rationem non approbat Mauritus de restit. in integ. c. 246. n. un. Sed legitima ratio est, quam tradidit Bald. ror. de iudicis, in i. l. n. 7. dicens ideo non dari restitutionem in spiritualibus: quia ita adherent ossibus, ut avelli nequeant: habent enim divinam virtutem. Quam eandem sequuntur Mauritus tr. de restit. in integ. c. 245. n. un. Everard. d. in suis topicis, loco a matr. spiritual. n. 2. Coar. lib. 1. ver. c. 5. n. 8. ver. Rurjus. Sfortias Oddus de restit. in integ. 2. p. q. 60. a. 1. n. 7. unde inter Coar. non ob id excludi minorem, qui restituit in integrum debeat, quoties in matrimonium, & alius spiritualibus laesus fuerit circa ea, quae vel accidentia sunt, vel reparari per in integrum restitutionem possunt. Quod quidem manifestum est militare in matrimonium, & professionem, de quorum valore dubitatur. Et confir. quia Alex. conf. 80. per tot. lib. 7. & Bari. Benevent. in quodam conf. matrimon. post inter confilia Zabarelle, conclus. 6. circa princ. Mauritus de restit. in integ. c. 327. n. un. Sfortias Oddus eodem tr. 2. p. q. 60. a. 3. n. 20. & duplici seq. & a. 7. n. 93. defendunt in spiritualibus restitui minorem, quando sumus in judicialibus. Quia tunc non vere restituitur quoad spiritualia, ut matrimonium, & professionem vere contracta: nec intenditur veram forami obligationem dissolvi, sed eam obligationem contractam non esse. Quod egregie explicuit Abbas c. Ex parte n. 12. de restit. spoliat. ubi relata sent. glossae, dicens minorem in spiritualibus non restitui, dicit id esse verum, quando matrimonium a principio tenuit. Quia quos Deus conjungit, homo non sepat, & n. 16. ait fortius in spiritualibus subveniendum esse captis & deceptis. Et amplius confirmatur, quia non modica laesio est, invitum quempiam cogi ad perfectissimum religionis statum, qui summam libertatem, & affectum ad illum desiderat: & quamvis ille voluntarie professus sit, ac hodie non tenetur, & est liber, cogitur tunc, quod transactum sit quinque annorum ad reclamandum concessum: & id coactionis damnum potest reparari per beneficium restitutionis. Cur igitur id negandum est? Quare hanc sententiam nullam afferentium damentum tenet. Navar. comm. 4. de regul. n. 71. ver. Tertio, & lib. 1. conf. in utroque edit. tit. de his, quae in conf. n. 2. ubi ait habenti impedimentum ad reclamandum currere quinque annorum illud, ac ipsi concedi beneficium restitutionis. Idem lib. 3. conf. in 2. edit. tit. de regul. conf. 23. n. 3. & cod. comm. 4. de reg. n. 76. ver. 2. inferitur, licet in hoc posteriori loco non id omnino resolvat, disjunctive enim loquitur dicens, si metu vel impotentia reclamandi plura quinque annorum duraverit, posse professum eo transactum, vel ipso jure, vel restitutionis

beneficio audiri. Et videtur clare tenere Azor lib. 13. instit. moral. cap. 4. quod ubi ad fi. ubi ait durante metu, vel impotentia reclamandi plura quinque annorum, posse professum audiri, & in integrum restitui. Et loquens de minori concedit hanc restitutionem Hunada l. 4. tom. 7. par. 1. g. l. 2. n. 2. & refert Minchacum, qui tamen ad rem omnino facit.

Hoc autem restitutionis beneficium diversimode concedendum est majoribus ac minoribus. Nam restituitur majoribus competens intelligitur, cum ante perfectam praescriptionem is, contra quem praescribitur, nullam habuit scientiam hujus praescriptionis, & laesionis ex ea imminens, ita ut non potuerit praescriptionem ipsam impedire. Nam existente hujus praescriptionis, & laesionis scientia eo tempore, quo jure ordinario agere potuit, non conceditur illis restituitio. Quia illis datur restituitio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videtur: ac proinde desideratur iusta causa, & in nulla negligentia vel culpa imputari possit illis. Quod cessat: quando tempore ordinario cessavit ignorantia, & reclamandi impedimentum. Idque constat ex l. Ab hostibus, §. Sed quod simpliciter, & l. seq. ff. de iud. causis majores, & docent alii citatis, Covar. reg. Possessor. 3. par. §. 2. n. 3. ver. Primum illud. Matienzo lib. 5. recop. l. 11. l. 8. g. 12. n. 8. Barbosa leg. Quia de 14. nu. 61. ff. sol. matr. Quod bene intelligit Matienzo n. 8. si ante perfectam praescriptionem cessavit ignorantia per aliquod tempus, intra quod agendi potestas commoda fuit: si enim modicum restabat tempus ad praescriptionem complementum, non ipsi imputabitur non reclamasse. Quantitatem autem hujus temporis arbitrio prudentis auctoritatis esse dicit, idem clare significavit Covar. od. n. 3. ver. Primum illud, dicens non esse locum restituitio ex ea causa, si ignorantia cessavit eo tempore, quo commode major reclamare potuit. Minoribus autem conceditur restituitio contra praescriptionem, & lapsum temporis, ex cap. Minoris aetatis, quamvis ipsi scientibus, & negligentibus praescriptio finita sit. Quod haec restituitio solam laesionem ob aetatis facilitatem contingente imponit, nec aliam ignorantiam aut impedimenti causam desiderat, ut bene docent alii relatis Covar. eo. n. 3. ver. 2. ad optendum, & Barbosa eo. n. 16. Quare exilimo idem dicendum esse circa restitutionem transacti hujus quinque annorum ad reclamandum contra professionem. Quippe non video alicubi definitum negari restitutionem ratione minoris aetatis competentem contra hoc quinque annorum: ea autem data concedi debet iuxta terminos juris communis eam minoribus largientis, nimirum, & si adjuerit scientia, & negligentia. Nec obicit, si dicas minorem concium nullitatis professionis, ac sublatum impedimentum non reclamantem, sed propria sponte se professorem adhibere ingentem, & eorum habitum gestantem, censeri satisficere professionem, in foro externo. At contra professionem validam: cum irrevocabilis fiat nulla potest concedi restituitio, ut a. 21. diximus, & praesumit ratificationem vel ex eo constat, quod jure communi per eos actus praesumeretur professio tacita, c. Vidua, de regul. Solaque ignorantia, & impedimentum eam praesumptionem auferent: si ergo cessantibus, praesumptio illa stabit. Sed dicit quando a principio fuit nulla professio expresse facta, non praesumit ratificationem jure novo Covar. Trid. sess. 25. de reg. c. 19. donec quinque annorum a die professionis labatur (ut n. 10. diximus) cum intra illud jus reclamandi concedatur, ac proinde scientia intra illud non obicit minori, qui statim eo transacto reclamare possit, non jure ordinario, sed extraordinario beneficium restitutionis in integrum. At majoribus, & si non obicit scientia illa, ut praesumatur intra quinque annorum ratificare: obicit tamen transactio quinque annorum post beneficium aliquo restituitio nisi jure.

Hoc tamen intelligendum est, nisi iure majores, five mi. 24 nores intra illud quinque annorum ratificaverint legitime professionem, cessante metu, vel alio impedimento, quod eam irritabat, consentiendo interius, & exercendo actus professionem, animo ex tunc ratam habendi priorem professionem, quam irritam fuisse norunt. Id enim absque novo novitatu novaque superioris acceptione sufficit ad eam ratificationem, ut tanquam probabilius amplectentur hac eadem disp. n. 47. 60. & 64. At cum probabile taris (ut ibi dicemus) n. exigit novam acceptionem superioris scientis professionem fuisse nullam: nec transactum sit quinque annorum, quo Trid. praesumens ratificationem professionis, & volens professum non audiri deinceps, illam acceptat nomine religionis: potest hanc probabilem opinionem sequens reclamare.

Ignorantia autem, ut ejus causa concedatur restituitio majoribus, debet esse probabilis & iusta; secus si sit crassa vel supina, ut multis citatis tradit Matienzo lib. 5. recop. tit. 11. l. 8. g. 12. n. 10. Unde ignorantia juris eis non proderit. Quia non excusat, nec reputatur probabilis regul. Ignorantia 13. de regul. juris in 6. quae saltem in foro externo procedit, ad quod spectat audientia haec prolessi reclamantis. Et ita Navar. lib. 3. conf. tit. de regul. in 2. edit. conf. 20. nu. 2. ait ignorantiam juris inducentis tacitam professionem, non excusare in foro externo. At quando professus est minor, rusticus, vel mulier est professa, vel miles, in quibus error juris toleratur, & ad constituendum in bona fide est sufficiens, nec impedit praescriptionem (ut bene probat Molin. lib. 2. de primog. cap. 6. num. 69.) habebit locum haec restituitio, quamvis ex juris ignorantia procedat.

Hoc autem restitutionis beneficium competit etiam centum 26 annis

annis transactis, durante eo tempore ignorantia vel impedimento, ut de ignorantia docent multis citatis Covar. regul. Possessor. 3. p. §. 3. n. 3. in prin. Matienzo lib. 5. recop. t. 11. l. 8. g. 12. n. 9. Zavallor in suis q. praed. q. 48. n. 4. & de impedimento videtur eadem ratio. Atque ita de illo docet Navar. comment. 4. de reg. n. 71. ver. Tertio, Azor. lib. 12. instit. moral. cap. 4. g. ult. Et jure communi conceditur quadriennum a die scientiae, ad hanc restitutionem in integrum obtinendam, cap. 1. de in integr. restit. in 6. & l. f. Cod. De tempor. in integr. restit. l. 57. ad fin. r. 13. p. 5. & cum aliis multis docent Covar. Matienzo, Zavallor proxime citatis. At in hoc eventu exilimo id tempus non concedi. Quia existente scientia, & sublatum impedimento, exercitque actibus professorem, & eorum habitu gestatorem, praesumitur professio tacita, nec statim reclamando censetur ratificare: & hoc transactum jam quinque annorum. Et cum hoc statim non sit jure definitum, delinendum est attentio jure communi arbitrio prudentis, ut probant Navar. comment. 4. de regul. n. 71. ver. Ad quae respondeo. Azor. d. g. ult. proxime allegata, & in simili, nempe, quando matrimonium contractum ratificandum est per diuturnam cohabitationem, juxta cap. ad id, de sponsal. dixi cum multis, lib. 4. disp. 19. nu. 6. Nec Trident. sess. 25. de regul. cap. 19. in hoc casu loquitur. Quia agimus de restitutione contra lapsum quinque annorum ad reclamandum, ibi praescripti.

27. Verum probanda sunt ignorantia, & impedimentum, ob quae petitur a majoribus restituitio contra illius quinque annorum lapsum. Et quamvis ignorantia, & cetera, quae in animo consistunt, probentur solo allegantis juramento, id tamen est verum, quando aliquis jure praesumptio contraria non extat, quia scientia praesumitur, tunc enim non sufficeret juramentum, nisi alius admitticus & confessoris juraretur, ut docent multi, quos retuli lib. 7. disp. 15. n. 12. & ultra illos, Menchius de arbitrariis, lib. 2. centur. 2. c. 186. n. 7. & de recop. possessor. remed. 16. num. 56. Sfortias Oddus de restit. in integ. p. 1. q. 38. a. 1. n. 60. At hae alleganti ignorantiam adversatur praesumptio juris, & de jure, per illud quinque annorum indulta, quia scientia praesumitur.

28. Sed dubitabit, an in foro conscientiae major, qui revera scivit professionem fuisse nullam, & labi quinque annorum, intra quod solum conceditur reclamatio, ac nullo modo ratam habuit professionem, possit reclamare, & deducere causam ad forum externum, petens ratificationem in integrum, ratione iustae ignorantiae, postquam petio a se ignorantiae juramento, id iurejurando affirmare? Exilimo esse valde probabile id posse. Quia revera in foro conscientiae non est professus, & potest fugere. Quod si denegatur audientia, est ob ratificationis praesumptionem. Et juramentum illud, quo se ignorantis testatur, sic accipiendum est, quia ignoravit, id est, non habuit scientiam quae ratam habet professionem, sicuti Trid. praesumit. Sicut in aliis similibus terminis id licet probavi l. 1. disp. 10. n. 27. & 28. & disp. 1. a. 2. Sicut etiam innocens a iudice rogatus an transierit per locum, ubi homo occisus jaceret, ut inde iudicium sumatur homicidium illud a se perpetratum esse, potest jurare se non illac transisse. Quia iudex procedit ex falsa praesumptione, & rogat de transitu tanquam de homicidii indicio, quo pacto ille revera non transiit, licet alias transierit, ut bene docet Sotus lib. de reg. sacret. memb. 2. q. 7. ver. Alterum dubium. Sic ergo in presenti rogat iudex de scientia, ut inde praesumatur ratificata professio. At ille non habuit scientiam ratificatam professionem. Sicut etiam quia ante Trid. post sponsalia accessit animo fornicario ad sponsam, potest a iudice de copula rogari, cum iurejurando negare. Quia iudex rogat, ut ex ea matr. praesumatur, ac ille non habuit copulam, qua efficeret, ut sponsalia in matr. transirent.

29. Ad arg. n. 21. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. 22. in 1. ratione. Et deinde patet ad 1. confir. nam ut ibi probavi, non possunt recipi testes in iudicio ordinario, secus in extraordinario restitutionis in integrum. Ad 2. confir. dicit cum Mascard. de prob. in princ. q. 10. n. 68. & 69. adeo vehementem esse praesumptionem juris, & de jure, quod vitandam peccati mortalis praesumptionem, ne ille fornicari censetur, praesumitur copula facta animo uxorio, & ratificandi matrimonium: quae alia ratione a culpa excusari nequit: ut ea praesumptio nullo pacto elidi possit: & quamvis praesumptio juris, & de jure praesumptio tacita, quae inducitur per exercitium actuum solis profectiois competentium, enervetur praecedenti protestatione contraria: ac praesumptio matrimonii, per eam copulam non evacuabitur per eam protestationem, sed per copulam subsecutam praesumitur ad recessum. Quod & nos probavimus lib. 2. disp. 45. n. 17. & multis seqq. & ideo nil mirum, si adversus talem praesumptionem minor non restituitur. Adde, cum in ea praesumptione non sit aliquod tempus, per cuius lapsum ea praesumptio inducitur, si effectus restituendus minor, restituitur utique directe contra ipsam matrimonium, adversus quod non conceditur illi restituitio: ut diximus n. 21. At in professione restituitur contra lapsum quinque annorum, ex quo inducitur ea praesumptio. Ad aliam confir. dicit cum Mench. de restit. possessor. remedio 3. n. 856. sentiam illius textus esse, casu quo conceditur restituitio, tantum concedi per illam, quantum per appellationem: quia utroque casu gesta in contrarium rescinduntur: non tamen sensum esse quoties denegatur appellatio, censeri denegatum restitutionis beneficium. Ad 2. constat ex dictis n. 22. ubi probavimus, de-

negata audientia non negari restitutionem, nec Glossam refidere in ea sent. Et denegatur ingressus litis in via ordinaria, fecus extraordinaria restitutionis. Ad confir. dicit dubium esse, quid sentierit ibi Bald. Nam Sfortias Oddus de restit. in integ. p. 1. q. 15. art. 4. n. 41. in solut. ad 2. sentit contrarium, nimirum, et bannito concedendam restitutionem, & dicit idem sentire Baldum in eo loco, & male allegari per contraria parte. Ad 3. constat ex dictis n. 22. in 2. ratione. Ad 4. dicit, id argumentum non concludere. Probat enim rem absurdissimum, nempe, adversus nullam praescriptionem dari etiam minoribus restitutionem, cum finis cujuscumque praescriptionis sit litibus occurrere, Quare dicendum est, occurrere beneficium valde favorabile restitutionis in integrum, ne professus illi: omni remedio destitutus, in desperationem incideret. Et satis praescluditur via litibus. Quia remedium ordinarium possunt omnes intenterae, & possent quocumque tempore: ac clauso illi aditu per quinque annorum praescriptionem non omnes possunt restitutione jvari, nec quocumque tempore transacto, ut constat ex dictis num. 32. & triplici seq. Et est necessarium probare ignorantiam, aut impedimentum in majoribus ac restituitur, ut dixi nu. 27. quae non facile probantur. Ad Regul. Cum quid una via, jam respondimus num. 22. in confirm. ad 3. rationem. Ad 5. constat ex dictis nu. 22. in 7. ratione, & duplici ejus confirm. Ad confir. dicit, eam non esse legitimam rationem. Quia minor in his rebus reputatur major ad eam effectum, ut possit absque curatore agere, & possit valide absque illo matrimonium inire, ac profiteri: non tamen ad eum effectum, ne laesus circa haec quando revocari possunt, reclamare post beneficium restitutionis petens, ut bene docent Covar. l. variar. cap. 5. num. 8. Mench. de restituenda poss. remed. 3. n. 856. & sequenti, Flaminius lib. 3. de restit. benef. q. 7. num. 2. Et clare Sfortias Oddus de restit. in integ. par. 1. q. 15. toto a. 9. Ad aliam confir. dicit, eam doctrinam non esse veram. Ut probavi num. 22. in 7. ratione, & ejus confirm. Ad 6. dicit cum Sfortia Oddo de integ. restituit. 1. par. q. 15. art. 2. num. 33. id defidere in hoc beneficio restitutionis, propter maximum ejus favorem, ob quem non intelligitur sublatum, nisi specialiter exprimat. Ad ultimum dicit cum Sfortia Oddo eodem tr. 1. par. quest. 18. art. 5. num. 35. id non esse verum, quando minor restitutionem petens tractat de damno vitando, & is, contra quem petitur, de non acquirendo lucro, quod hic contingit. Professus enim tractat de damno vitando, ne, scilicet, cogatur manere in religione, ad quam non tenetur. At religio tractat de eo Monacho acquirendo.

SUMMARIUM.

An decretum Trident. sess. 25. de regular. cap. 19. intelligatur de habentibus perpetuum impedimentum inhabilitans ad professendum, vel etiam temporale, quod toto illo quinque annorum durat? Respondeo quae perpetuo inhabilitans, & quae ad tempus, tam attentio iure antiquo, quam Tridentino, & motibus propriis Sixti V. & Gregorii XIV. Quae quilibet religionis status possit aliquis inhabilis effici ad illam, n. 30. Dicitur, Quilibet, quid importet, & an claudat inhabilitans, n. 31. juncto 32.

Proponuntur quaedam id decretum procedere in his impedimentis? 31.

Non comprehenduntur, quia perpetuo inhabiles sunt, siue jure communi, siue ex Sixti V. constitutionibus, siue ex religionis statutis a Pontifice approbatis, 32.

Inhabiles in perpetuum sunt via ordinaria audiendi, quocumque tempore reclamant. Et explicatur, qualiter contra praesumptionem juris, & de jure admittatur probatio indirecta, 34.

Non intelligitur etiam de habentibus impedimentum temporale, siue ex jure antiquo, siue ex Tridentino, & de motibus propriis Sixti V. dum id impedimentum durat. Et an sit quinque annorum numerandum a die qua cessat impedimentum inhabilitans? 35.

Solentur argumenta, 35.

Post num. 35. inventas alia summaria.

Questio VI. An decretum Trident. sess. 25. de reg. c. 19. 30 denegans audientiam professi post quinque annorum, intelligatur de laborantibus impedimento perpetuo ad professendum, atque ita inhabilitans: & etiam de impedimentis temporalibus, adhuc permanentibus, quae dum durant, reddunt quempiam inhabilem ad professendum? Praemittendum est, quaedam esse impedimenta perpetuo reddentia inhabilem quempiam ad professendum: ut diversitatem sexuum, vir enim est incapax profitendi in monasterio monialium, & malier in monasterio virorum, c. Desponsus 18. q. 2. Et quidam criminoli sunt perpetuo inhabiles ad professendum, juxta motum proprium Sixti V. incipientem. Cum de omnibus Ecclesiasticis ordinibus, editum an. 1586. vj. Kalendas Decembris, nimirum, qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliae facinorae perpetraverint similia, aut graviora: & ita rei aut suspecti sunt, ut propterea ob illa damnati sint, aut condemnentur, formidant: vel reddendis rationibus ita obnoxii sunt, ut ex hujusmodi causa, lis, vel molestia ejus jam illata sit, vel

